

vasa cervisie et frumenta in cariori foro super terminis, quam darent pro prompta cervisia.

Marko iudex, Franca olim iudex, Jan et Nicolaus, iurati dicte civitatis, interrogati dicunt, ut audiverunt de<sup>a)</sup> Pawlicone, ut super per plebanum.

Item dicunt, quod in Hostomicz multi plebani solent convenire et in Horzowicz, ubi de statu ipsorum poterit melius inquiri.

Item ibidem dominus vicearchidiaconus Pilznensis mandavit plebano predicte ecclesie, ut ipso infra hinc et festum sancti Wenceslai repetat certos agro[s] cultos et incultos, in quibus eciam sunt vinee plantate qui ecclesie sue et plebanorum predecessorum suorum fuerunt, quorum eciam in possessione fuerunt paciffica et quieta, sub pena suspensionis ab ingressu ecclesie, cui se submitisit.

Eccl. in Uerona: a) *Inde ad finem art. postea scr.* — b) *In marg. Obligacio. Totus art. postea per script. D scr.* — c) *Seq. Item dicit de Marz[akone] del.* — d) *Praecedens initium nominis cum W del.* — e) *Seq. altaris del.* — f) *In marg. Testes.* — g) *Praeced. quod del.*

#### **Ecclesia in Poczapl, die supra, hora<sup>a)</sup>.**

f. 40 r

Baptisterium non seratum.

Dominus Johannes, plebanus predicte ecclesie a VII<sup>m</sup> annis, iuratus et interrogatus dicit, quod Malso, cliens de Hudlicz, citavit quendam Hansam, laicum ibidem de Hudlicz, super usuris, qui Hansa est nunc in excommunicatione.

Mathias de Slana, presbyter XXVII annis, vicarius dicte ecclesie in quinto anno, iuratus et interrogatus dicit de usurario, de quo supra.

Item dicit, quod dominus Ulricus, plebanus in Wzdicz, habet concubinam nomine Dorotheam, ex qua aliquot pueros procreavit, quam habet a multis annis, et, ut audivit, quod tenet ipsam in procuracione sua in Verona.

Eccl. in Poczapl: a) *Seq. terciarum del.*

#### **Ecclesia in Mendico, hora completorii vel quasi, die XVI mensis Novembris.**

Dominus Thomas, plebanus dicte ecclesie a XXVI annis, iuratus et interrogatus dicit, quod communis est modus in civitatibus per totam Boemiam, quod cives ipsarum civitatum dant brasios et cervisiam in cariori